

Der Churer Weihbischof und Generalvikar Johannes gewährt auf Bitten des Abtes Leonhart und des Konvents des Klosters St. Luzi in Chur den Besuchern und Wohltätern der Kirche Bendern Ablass.

Or. (A), PfarrA Bendern, U11. – Pg. 31,5/25,2 (Pica 4,8) cm. – Siegel fehlt. – Auf der Plica rechts: Conradus Rot notarius subscripsit. – Rückvermerk (15. Jh.): Indulgentiæ elargitæ ecclesiæ Beneduranæ omnibusque fidelibus sub Leonardo abbate sancti Lucii anno 1488.

Regest: Büchel, Urk. PfarrA Bendern, S. 96. – Büchel, Pfarrei Bendern, S. 20 und 29.

l¹ ‡ Nos^{a)} ‡ frater Johannes¹ ord[ini]^{b)} Minorum dei et apostolice sedis gratia episcopus Tripollitanus reverendi in Christo patris et || l² domini domini Ortlieb² [eadem] gratia episcopi Curiensis vicarius in pontificalibus generalis universis et singulis || l³ presentes litteras inspectu[ri]s, lecturis et auditoris salutem in domino sempiternam. Splendor eterne glorie, qui sua || l⁴ mundum ineffabili [illu]minat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate et miseri- l⁵ cordia sperantium [tunc] precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et l⁶ precibus adiuvat[ur]. Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie virginis in Bendern³ Curiensis dyocesis l⁷ manu teneri p[recibus]^{c)} pro parte reverendi patris et domini domini Leonhardi⁴ abbatis et conventus monasterii l⁸ sancti Lucii extra m[uro]s civitatis Curiensis et subditorum in Bendern humiliter implorati nos de l⁹ omnipotentis dei [misericordia] et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere peniten- l¹⁰ tibus, confessis e[st] pariter cont[er]itis, qui ad dictam ecclesiam in Bendern suas pias errogaverint elemosinas l¹¹ ac manus porre[xer]int adiutrices et qui sabbatinis diebus tempore pulsus cum omnibus campanis l¹² pro omnibus fidei[bus] defunctis flexis genibus quinque pater noster et totidem angelicas salutaciones l¹³ devote dixerint [e]t qui interfuerint vigiliis et missis in anniversario singulis annis celebrando l¹⁴ pro omnibus ben[efa]ctoribus et fundatoribus dicte ecclesie et qui elemosinas ad eandem elargiti sunt ac l¹⁵ qui missas in e[iusdem] anniversario celebrant et qui in provisionem infirmorum sacramentum eukaristie l¹⁶ et extreme unc[tion]is secuntur et qui de mane ac de sero tempore pulsus angelice salutacionem tres l¹⁷ angelicas oration[nes] cum salutacione devote dixerint, quocienscumque hoc fecerint, quadraginta dies l¹⁸ indulgentiarum d[e] ini]unctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus l¹⁹ duraturis. I[n] qu[or]um omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras inde fieri l²⁰ nostrique sigilli iu[ss]imus et fecimus appensione communiri. Datum Curie anno domini millesimo l²¹ quadringentesimo [o]ctuagesimo octavo die vero ultima mensis maii indictione sexta.

^{a)} Initiale N, 2,2 cm hoch. – ^{b)} Im Folgenden sind die durch einen vertikalen 0,5-1,5 cm breiten Riss verlustig gegangenen Textteile in eckigen Klammern ohne Anmerkung ergänzt. – ^{c)} Unsichere Ergänzung, Lücke ca. 1 cm.

¹ Johannes Theodorici, Bischof v. Tripolitanus, Syrien, 1479-1488 als Weihbischof von Chur bezeugt. – ² Ortlieb v. Brandis, 1458-1491. – ³ Bendern, Gem. Gamprin. – ⁴ Leonhard Schorer, 1475-1497 Abt des Prämonstratenserklusters St. Luzi in Chur.